quae sibi uiros copulauerunt seruos ipsius
monasterii. uel quaecumque amodo & in antea
sibi uiros copulauerint seruos eiusdem mona
sterii uidelicet una simul cum ipsis seruis &
cum filiis & filiabus suis. uel quam legibus ad sacrum
nostrum tutare debuerint palatium ; Pariter
& concedimus in eodem sancto monasterio uniuersos
illi liberi homines. qui in rebus eiusdem monasterii
resident ad laborandum. uel illos qui de inan
tea ibidem sponte fuerint ordinati ad labo
randum & res proprias non habent. ut amodo
& deinceps defensi sint ab omni datione & exhibi
tione & seruitio publico. Item & non & conce
dimus in ipso dicato monasterio omnes res illas de
fundamentis quae nunc cum rebus eiusdem monasterii
coniunctae sunt. Et & tam sanctionem ciuitatum
quaslibet superius legitur in eodem sancto mona
sterio concessimus habendum. quatinus amodo
& deinceps idem sanctum & uenerabile monasterium
ipsius ab omnibus ... omnia supra
scripta habeant & possideant. sine ullius
comitis gastaldis seu iudicibus uel sculdahis
nostris. aut cuiuscumque personae contrarietate.
facientes inde omnia quod uoluerint. quatinus nemine
aliquid contrarietatem inde in aliquo ingerat
at ; Verum tamen haec nostra concessio plenius in dei
nomine habeant uigorem. & ab omnibus in uno